

## Lesson II for Good Friday

**I** -n di-ébus il-lis: Di-xit Dóminus ad Mó-ysen et A-aron in terra AÉgypti:

Mensis iste, vobis princi-pi-um ménsi-um: primus e-rit in ménsibus anni.

Loquími-ni ad univérsum coetum fi-li-órum Isra-él, et dí-ci-te e-is: Décima

di-e mensis hu-jus tollat unusquisque agnum per famí-li-as et domos su-as.


Sin autem minor est númerus, ut suffícere possit ad vescéndum agnum, assú-


met vi-cínum su-um, qui junctus est dómu-i su-æ, juxta númerum animárum,

quæ suffícere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque mácu-la, máscu-

lus, annícu-lus: juxta quem ri-tum tollé-tis et hædum. Et servábi-tis e-um

usque ad quartam décimam di-em mensis hu-jus: immo-labítque e-um



 univérsa multi-túdo fi-li-órum Isra-él ad vésperam. Et sument de sanguine



 e-jus, ac ponent super utrúmque postem, et in superliminá-ribus domórum,


 in quibus cómedent il-lum. Et edent carnes nocte illa assas igni, et ázymos


 panes cum lactúcis agréstibus. Non comedé-tis ex e-o crudum quid, nec


 coctum aqua, sed tantum assum igni: caput cum pédibus e-jus, et intestí-nis


 vorábi-tis. Nec remanébit quidquam ex e-o usque ma-ne. Si quid re-sídu-um


 fú-e-rit, igne comburé-tis. Sic autem comedé-tis illum: Renes vestros accin-


 gé-tis, et calce-aménta habébi-tis in pédibus, tenéntes bácu-los in mánibus,


 et comedé-tis festinánter: est enim Phase, id est tránsi-tus, Dómi-ni.